



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**T. Petroni[i] Arbitri in Dalmatia nuper repertum  
Fragmentum**

**Petronius <Arbiter>**

**Lipsiae, 1666**

Illustrissimo, Et Excellentissimo Domino Dn. Joh. Bapt. Colbert, Regi  
Christianissimo à Consiliis Sanctioribus, summi etiam Galliarum ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12903**



ILLUSTRISSIMO, ET EXCEL-  
LENTISSIMO

DOMINO

DN. JOH. BAPT. COLBERT,  
REGI CHRISTIANISSIMO  
à Consiliis Sanctioribus, summi  
etiam Galliarum Ærarii Mode-  
ratori prudentissimo integer.  
rimoque

*Doctrinarum & Virtutum  
omnium configio*

PATRONO INDULGEN-  
TISS.

THOMAS REINESIUS D. Se-  
reniss. Elect. Saxon. Consil.

):( 2

Qvcm



Vem eminus  
inter Orbis Gallica-  
ni Sidera hactenus  
contemplari tacita-  
que veneratione prosequi & ad-  
mirari cepimus, quotquot in hi-  
sce Germaniæ oris Liberalibus  
Studiis nomina dedimus, & qvę-  
cunque habere existimamur, iis-  
dem debemus, Eum cominus  
intueri, audire, adire, adloqui  
posse in magna felicitatis parte  
ponendum utiq; esse, & quibus-  
vis Bonis expetibile vel inter pri-  
ma, nemo diffitebitur. Mihi DEI  
Omnipotentis munere (huic e-  
nim potius tribuere jubet Pie-  
tas, quam Fortunæ cæcæ, inique,  
versatili & fallaci rerum huma-  
narum arbitræ creditæ) plus  
con-

88(0)8

contigisse, & majora multò quā  
sperare potui in sinum , etiam  
quem nondum pandisse, con-  
fluxisse, Tuo in primis *Illustriſſ.*  
& *Excellentiss.* DOMINE, singu-  
lari prorsus favore , satis intelli-  
go; agnoscere autem satis & pro  
valore impreciabili æstimare fa-  
tis, & prædicare nequeo. Sive e-  
nim fastigium istud, eminentem-  
que dignitatem , in qua REGIS  
CHRISTIANISSIMI indultu &  
gratia, proba Virtutum tuarum  
æstimatrice, constitutus latè co-  
ruscas, suspiciam; sive in usitatæ  
Benignitatis , quam novo, & in  
secula mittendo, exemplo adver-  
sus hominem hunc exerces, ani-  
mo meo subeat cogitatio; sive  
humilitatem meam considerē,

):C 3 hor-

horrore prehendor protinus, &  
confusus oppressusque rei ma-  
gnitudine procumbo. Nimi-  
rum cum arduis Regni negotiis  
impositus, salutie ejus Te tuasque  
curas omnes inpendere soleas;  
in eam tamen præcipue incum-  
bis, ut quod à bonis Literis in  
Respublicas manere compertū  
habes splendoris & vigoris, id ve-  
rò non tantum sollicitissimè cō-  
putes, inquiras, procures; sed &  
REGI Maximo, ut eandem rei  
pulcerrimæ utilissimæq; digna-  
tionem habere velit, persuadeas.  
Huic verò instituto tuo laudabi-  
li & saluberrimo luculētū testi-  
moniū vel GERMANIA perhibue-  
rit, & in ea Viri Docti omnis ele-  
gātis Eruditionis cultores quā-  
plures,

48(8)50

plures, quos favore tuo provchi,  
ornari, & Regiae munificetiae ad-  
moveri dignos existimasti: pro  
quo affectu, quantum Tibi de-  
bendi reae sint, æterna erit Litera-  
rum confessio. Beneficiariis istis  
vestri REGIS judicio & inclina-  
tione tua potissimum me quo-  
que accenserri nuper accidit; fe-  
cisti, puto, ne vel facultas bene-  
faciendi exhausta, vel voluntas  
laflata videri posset, & ut teno-  
rem Bonitatis & Constantiae im-  
prepeditum, inconcussumq; ser-  
vare intelligereris, emeritis vitæ  
stipendiis, annis gravem, & in  
extremo ævi cardine Senem, à  
quo quidquam operarum, vel  
meritorū frustra expectaveritis,  
nexu insolubili Tibi obligasti.

)( 4      Non

88(0)88

Non sufficiebat, quod REGI Ma-  
ximo me secretum à turba ostē-  
disses, & secundas egregiè agen-  
te Per-Illustri Dn. CAPELLANO  
commendasses, etiam effectum  
Patrocinii tui, imperrato dono  
Regio, præstitisti, & ne quid de-  
esset ad cumulum gravissimis li-  
teris, (ferè dixerā *amicissimis*; ita  
non multò secus atque in priva-  
ti hominis modū scriptæ sunt)  
voluntatem Munificentissimi  
Donatoris mihi significare non  
subterfugisti: quæ si vel cogitem  
universa, vel tractem singula, co-  
gor, pro inæstimabilibus habe-  
re, eoque ad gratiarum vel agē-  
darum inopiam me redigi sen-  
tio. Quis enim ulla gratitudine  
adsequi præsumat adeò exube-  
ran-

rantem gratiam? Invicta ea est, &  
debitorem in nervo detinet æ-  
ternum. Hunc ILLUSTRISS. DN.  
animum Tibi profiteri possum  
solum; cæteris quæ ratio posce-  
bat, & ingēs meritum tuum, de-  
fectus & fœneus. Profiteor cum,  
inquam, & quantum virium  
DEUS indulserit, præstabo in-  
corruptū, dūm advixero, omni-  
bus. Promissi hujus & obser-  
vantiæ meæ pignus, quod solen-  
ni Patronos honorantium Cli-  
entum more offerri interim Ti-  
bi æqvum est, in privatis opibus  
non reperio nunc, præter *Censu-*  
*ram* & *Scholia brevicula ad Fra-*  
*gmentum PetronI è Dalmatia,*  
quæ paulò anté quam Vestræ ad-  
venirent, prelo subjeceram. De-

)( 5                    bent

bent hoc Eruditi Literatoribus  
*Patavinis*, qui è bibliotheca  
*Cippicorum Dalmatarum* (olim  
*Cæpiones* adpellabant) acceptum  
 primùm typis exscribi fecerunt;  
 in quod exemplum cum incidis-  
 set reconditionis literaturæ & a-  
 mœnitatū omnium Consultus  
*Nic. Heinsius*, ne possideret so-  
 lus, in Svediā transmisit ad V.C.  
*Prof. Regium Joh. Schefferum*,  
 qui cura sua dignum habitum i-  
 terum vulgavit, sed paulò com-  
 tius, & cum eruditis Notis; ex hu-  
 jus manu ad me pervenit; &  
 quia rogabar sententiam de no-  
 vo dubiæque præterea fidei scri-  
 pto, *Amico* eam gratificari fas es-  
 se putavi; & inde natum mihi,  
 quod hic exhibeo. Opinantur  
 de

8(0)8

de eo, uti fieri amat , alii aliter,  
magna manus Ineptorum, quod  
ad farinam nihil facere ejusmo-  
di scitamenta putant, non con-  
temnunt tantum , nim. quod  
non intelligunt ; verum calu-  
mniantur etiam , dum adsequi  
desperant, talium curiosos: Do-  
ctorum verò plerique Petronio  
ævi Claudiani sine dispectu ad-  
scribunt; alii eidem ob stili inæ-  
qualitatē, suspectam multis no-  
minibus Latinitatem sermonis,  
& nonnulla Romanis moribus  
difformia abjudicant, & inter fi-  
gmenta ludicra, quod genus ho-  
minum otiosorum festivorum-  
que vanitas, & excessus Grati-  
rum solet extrudere , reijciunt.  
Ipse neglectis fastuosis istis & in-  
dolæ

• 38(0) 30 •

dolatilibus , ab utrisque disce-  
dendum esse vidi , & medio ince-  
dendum ; temperamentoque  
hujus judicii robur , quā potui,  
adstruxi *Praefatione ad Lectorem*,  
& *in Scholiis* : per quæ subinde  
prodigiosè corruptorum à Li-  
brario emaculationes, distortio-  
rum luxatorumque restitutio-  
nes, verarum lectionum asserti-  
ones , obscurorum explicatio-  
nes , & alia quantivis precii an-  
notamenta advertentur. Hoc  
me curasse summa fide & indu-  
stria , ut Petronio sua redderen-  
tur, aliena & infulta secerneren-  
tur, opusculum autem multæ e-  
ruditionis Seculo nostro com-  
mendaretur, adfirmo verè; si qua  
conatui illusit facultas, yeniam,  
spero,

spero, dabunt æqui Judices, suā  
perspicacia meam avidentiam  
Lectoris bono sublevabunt,  
conferentque sine invidia, quic-  
quid rei conducere, & sensa scri-  
ptoris nonnunquam involuta  
explanare posse judicaverint. Ei  
vero Illustrissimum nomen tu-  
um, D O M I N E, præscripsi, tam  
ut aliquod gratitudinis adversus  
Te extaret ad Posteros monu-  
mentum, quam ut scriptum,  
quod à vetustate habet autorita-  
tem, à novitate gratiam habere  
debet, Tuo potissimum patroci-  
nio fultum tectumque proce-  
ret. Deprecarer culpam auda-  
ciæ, nisi singularis humanitatis  
tuæ fiducia, qua sustentor, alia  
omnia sperare juberet; Peccare  
etiam

(5)

etiam, in mores tuos videbor, si  
quod facis anté, benignè habe-  
re literas, occurrere desideriis  
**C**lientum, eorumque operas se-  
renovultz excipere, Te hortarer.  
**Q**uod superest, ILLUSTRISSIME  
& EXCELLENTISSL. Dn. com-  
plectar voto : **D E U S O P T.**  
**M A X.** Te servet in columem  
quam diutissimè, commune  
Galliæ & posteritatis cujuscun-  
que Bonum ; hujus dum foves  
**L**iteras: Illius dum inservis R E-  
**G I. D E U S**, ajo, Te servet, &  
omnia quæ cogitas, quæ dicis,  
qñæ facis ad honorem ter San-  
cti sui nominis, & Regni salu-  
tem evadere, Te verò consilio-  
rum actionumque prosperri-  
mis

• 8 (o) 20 •  
mis successibus longum intē-  
esse, & gloriōsē lētari clementer  
indulgeat. Scrib. Lipsiæ 25.

April. St. vet. anno

---

CLIX LXVI.



LECT,

三

AVXJ 5clcb